

NONUS 146

cūq: dissoluto matrimonio alter eorum alterius nuptias sequitur, diuorium autem dictum a flexuuiarū hoc est uias induersa tendentes. Fribolum est cum eo animo reparantur utrum sum ad seinuicem reuertantur. Nam fribolus est uelut quasi semenis effluxus necstabiles. Proprie autem fribola uocantur ficulia uasa inutilia. Tribus autem obcausis ducitur uxor. prima est causa plus dequa legitur in genesi. crescite & multiplicamini; secunda causa adiutorii dequa ibi in genesi dicitur. Nonest bonum esse hominē solum faciamus ei adiutoriū similē. tertia causa incontinentiae unde dicit apostolus. utqui se non continet nubat. In eligendo marito quatuor expectari solent. uirtus genus pulchritudo sapientia. exhis sapientia potentior est ad amoris effectum. Refert haec quatuor uirgilius de aenea qd hir dido inpulsa est in amorē eius; pulchritudine quē se se ore ferens; uirtute quā fortis & armis oratione heu quibus ille iactatur fatisq; bella & causa canebat, genere credo equidem nec uana fides genus ee deorū; Item in elegendā uxorē quatuor res inpellunt hominē ad amorē; pulchritudo genus diuitiae mores; Melius tamen sine amore res quā pulchritudo qerat; Nunc autem ille quer untur quas aut diuitiae aut formam non quas pbitas mores comendat; Ideo autē femine sub uiri potestate consistunt quia celeritate animi plerūq; decipiuntur. Unde & equum erat eas uiri auctoritate sepiri; Proinde & ueteres uoluerunt feminas in nuptias quem uiri aetatis esset ppter ipsam animi leuitatem inuitas consistere

EXPLICIT LIBER NONUS

INCIPIT CAPITUL LIB X

IB: IDEST DE QUADAM NOMINA PER ALFABETŪ DISTINCTA

IB: I. DE RELIQUIS NOMINIB: IUXTA ORDINĒ ELEMENTORŪ

Origo quorundā nominū id est unde ueniant non pene omnib: patet. Proinde quadam noscendi gratia huic operi intersecimus.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_281/0297